

Mythologia, Venise, 1567 - X [115-116] : De Ione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[115-116\] : De Ione](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 18 : \[19\] De Ione siue Iside](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[115-116\] : D'Io ou d'Isis](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[115-116\] : D'Io ou d'Isis](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [115-116] : De Ione, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 09/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1054>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4
Langue(s)Grec ancien
Pagination304r°-304v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Io](#), [Isis](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

primendam omnem mortalem arrogantiam, quia si neminem habeas te in aliqua re præstantiorem, ceterosque mortales aliqua re longo intervallo superes, at Deum habes, qui te longo spatio relinquant, omnesque vires humanas antecellat.

De Arione.

ENIMVERO nequis sua flagitia occultari posse diutius arbitraretur, cum curpe quidpiam patrasset, Arionis fabulam excogitarunt antiqui, ut significarent vel volucres cæli, vel feras sylvestres, vel pisces maris certissimos testes fore aliquando nostrorum scelerum; si homines vel defuerint, vel nos noluerint accusare, & laborantibus viris bonis opem ferre; cum Dii sint scelerum omnium ultores & vindices.

De Amphione.

MERITO iraque Amphion ultimo supplicio ab Apolline Latonæ filio affectus fuit, quia nimium ob lyrae pulsandæ peritiam gloriaretur. Nam Latonam Latonæque filios contumeliis affecit, quod Dea nulla re hominibus præstaret, cum rudes & imperitos haberet filios, si secum conferantur. At Dii, quibus iniusta est omnis mortalium arrogantia, temeritatem Amphionis minimè ferentes, illum gravissimis domesticis calamitatibus addixerunt. Quare siquid præclarum habemus, per quod excellamus, id totum à divina bonitate nos habere putandum est.

De Halcyonibus.

SIC Ceyx maritus Halcyonis Rex Trachiniorum cum forma corporis, opibus, nobilitate ceteros homines antecellere sibi videretur, iam non amplius se patrem esse mortalibus arbitratus est; quare se Iouem, uxorem Iunonem appellavit. tantam arrogantiam hominis non ferens Deus sæviam tempestatem naviganti Ceyci immisit, quæ illum submersit, quare parit, quæ sublimia sunt, & in altissimo fortunæ gradu collocata, citissimè posse diuina potentia everti, cum quis paulo feliciorum fortunam æquo animo ferre non poterit.

De Deucalione.

AT prudentes & innocentes & pios homines, & certam moderationem animi in rebus omnibus adhibentes, Deus ab imminētibus periculis subtrahit; quare Deucalionem prudentis siue Promethei filium in arca servatum fuisse inquirunt per diluuiam.

De Ioue.

IONIS cœtera fabulæ præterea introduxerunt cum natura terræ exprimerent; quæ in medio aquarum undique consistat, quod vapores assidue ex illa exurgat, quod fertilissima est omnis generis frugum & animalium, & re-

tum

Mythologia III

tem, prope innumerabilem. Quod temperatum calorem illa cupiat, quod ex celo vndique tegitur, quod altera pars semper solis lumine illustratur, cū altera vicissim noctem habeat. Deinde ostendebant terrā fieri feracem agricolarum industriz, vbi cœli clementia aliquantulum deiceret. Alii ad lunæ congressus cum sole & ad totam naturam lunæ fabulam traduxerunt, qui dicunt in planetarum congressibus nubes aut nebulas gigni, die tertio deinde ferè semper à coniunctione cornutam exire, omnibus aliis stellis esse inferiorē. Mox sole lumen & vires impatientē, illa omnium stellarum vires exuperat, cuius vires magis conspicuæ sunt in humanis corporibus, quas exeret luna cum aliquantulum excreuerit: Cum vero luna velocissima sit omnium planetarum, fingitur orbem terrarum peragrasse, cum eadem modo ad meridiam, modo ad septentrionem declinet à signifero circulo.

Ethicè.

Io anima dicitur impiorum hominum, quæ è celo in hoc corpus tenebrarum & caliginis plenum delapsa est: mox in belluam vertitur, neque cupit diuinitatem aut immortalitatem speculari. Illa donatur Iunoni ira cōuersa, tanquam opum desiderio; Argi vero oculi sunt libidines, asilus conscientiz stimulus, rerumque præteritarum recordatio: hic facit vt exaggerati animi molestiis nos errasse sentiamus, & pristinam hominum formam reuertamur, ac Dō immortales denique per sanctitatem vitæ & innocentiam, & iusticiam, & humanitatem in omnes viros bonos efficiamur, si Deus optimus hunc asilum nobis immittere voluerit, quod vt faciat assidue rogandus est.

De Vesta.

CVM vellent significare terram esse tanquam mundi stabilimentum ac firmamentum corporum naturalium, vnde omnia quæ nascerentur initium caperent, Vestam omnium Deorum matrem appellarunt; quam obrem omnium sacrificiorum primitias illi primæ obtulerunt, quod autem omnia elementa Deorum nominibus appellarentur, iam explicatum est.

De Vlyse.

VLYSSEM autem, tanquam effigiem & picturam in qua cernerentur humanæ vitæ perturbationes, introduxerunt antiqui, nam cū ex altera parte difficultates & labores, ex altera voluptates ac suauitates nos circūfiliæt, sicuti dictum est cum de Scylla loqueremur, is demum solus sapiens ex illimandus est, qui ab vtrisque se cum summa laude, omniumque hominum admiratione explicauerit. Per Vlysis igitur signum prosperam & aduersam fortunam, difficultates & suauitates vitæ sapienter, & cum quadā animi moderatione perferri oportere significabant.

De Orphe.

ATQVE vt omnibus manifestum esset nihil magis hominum vitam infestare, quam grauissimo scelerum conscientiam, & suppliciorum expectationem, visas fuisse assidue furias Orphi, quæ armatæ facibus ardentibus illum